

Aduertencias para

mentum à primo recipit, vt dicunt communiter Doctores. Aduertendū insuper, quod Sacerdos simplex in absentia Confessoris inferioris non potest absoluere dictum Religiosum pœnitentem indirecte à reseruatīs, directe autem à venialibus. Licet enim habeat iurisdictionem ad absoluendum à venialibus, hoc tamen intelligitur quando solum illi venialia confitentur, non autem quando illi venialia simul cum mortalibus Sacramentaliter reuelantur: cuiusmodi sunt reseruata, quæ vt supponitur dicto Sacerdoti simplici confitentur. Denique solum habet Sacerdos simplex potestatem ad absoluendum à venialibus, aut à mortalibus semel iam confessis legitime, vt communis consuetudo Ecclesiæ probat.

- 15 ¶ Iterum dubitat, virum Superior teneatur audire peccata reseruata simul cum non reseruatis, vt subditum à reseruatis absoluere possit? Caietanus ver. Confessio conditione, 1. Nauarro in cap. Sacerdos. §. Quantum, de Pœnit. dist. 5. nu. 12. tenent, q̄ Superior potest audire peccata tantum reseruata & ab eis pœnitentem absoluere, & remittere ipsum ad Confessorem inferiorem, vt ipse
auditus